

~~SW.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-26.

SIGNAT. ~~1515 CCCXIII.~~

Stückzettel erled.
11. XII. 1944.



A. A. C. C.
DISPUTATIO
EXERCITATIONUM PHILO-
SOPHICARUM XXIX.

De
AFFECTIONIBUS EN-
TIS SIMPLICIBUS.

Quam,
Auspicante divina gratia,
SUB PRÆSIDIO

M. TOBIAE TILEMANI

VVitreb. Colicg. Philos. Adjuncti,
Liberalis exercitij gratiâ defendendam suscipiet,
GEORGIUS MARTINI

VVratislaviensis Siles.


In celeberrimâ VVittebergensi Academiâ,
ad diem 8. Decemb. horâ et loco soliti.

Arist.lib. I. Reth.cap. I.

Ἄνθρωποι πέδες τὸ ἀληθὲς πεφύνασσι οἷανῶς, καὶ
τὰ λείω τυγχάνουσι τῆς ἀληθείας, &c.

VVITTEBERGÆ.

Typis Iohannis Gormanni, ANNO M. DC. X.



CLARISSIMO ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO VIRO,

Dn. FRANCISCO LANGERO,
u. J. D. AMPLISSIMO SENA-
tui VVratislaviensi in Scabinatu
à secretis:

Reverendo & Clarissimo Viro,

Dn. M. ZACHARIAE HERMANNO,
ad D. Mariae Magdal. & SS. Trinitatis, Ecclesiastæ
Wratislaviensi:

*Viro humanitate, eruditione rerumq; usu
multipli insigniter celebri,*

Dn. GEORGIONOSTEVVITZ,
Reipublicæ Wratisl. Subnotario præcipue:

Honestissimo atq; Integerrimo Viro,

Dn. JONÆ RAMPUSCH, CIVI
VVratislaviensi primario:

*Mecænatibus suis omni observan-
tiâ colendis*

Disputationem hanc Metaphysicam
*animigratistudium probaturus,
humilime offert*

Respondens.

P R A E L O Q V I U M.

VT memoratu ac laudatu dignissimam. sic verisimam omnigena esse ratione sententiam hanc, quam Democritus Philosophus longe praelarisimus, seu ex auro pro rorulite tripose, notante Cicerone in fine lib. 1. Acad. q. 9 et lib. 4, Veritatem nimurum in profundo esse demersam, ac ut Senecè habent verba, in lib. 7 de Benef. c. 1. involuta in alto latere; doctorū pars penè maxima plena erat subscripta: Nam si oculos in universam hanc mundi machinam ad remotissimas usque terrarum oras circumferas, inq; ea res, quotquot sunt, omnes non transitoriè, atenim soleritus et inquisitius consideres, nulla me — Christe uspiem tibi occurret quæ iam esset insigritè difficultis, ac in labore tam magno iam multo posita. Et quia inventionem, et qui cognitionem, ac hæc ipsa; In tantum sanè, ut quidem veterum haud magno posuerint in discrimine eam in sententiam non tam pedibus, quam toto ire corpore, veriterem velle inquirere esse penitus idem, ac volucres manu capere uti est cernuum hoc apud Peripateticorum magistrum Aristotelem, in lib. 4. Metaph. c. 5. Hinc in solidum quoq; est. Et quod quidam apud Lucianum in Piscatore, erumpit in querulam hanc vocem, αταφης τι χεῶνα ἀδίστα, eamq; esse τὰ γυμνὰ τὴν πόνυγον ἀπὸ διδούσαν αὐτονομίαν acfirms: Et quod Eloquientia preses et antistes Cicero ait in lib. 2. Acad. q. 9. omnis cognitio multis obstruta difficultatibus, eaq; est et ipsis rebus obscuritas, et in judicijs nostris infirmitas, ut non sine causa et doctissimi et eniquissimi invenire posse, quod cuperent, diffisi sint et. Ceterum, cum Homo ob veritatis inquisitionem maximè in hoc Naturæ amphitheatro constitutus, ut hujus est sententia Monarcha ille Philosophorum Aristoteles, in lib. Reib. 1. c. 1 ac hæc, ut Poëta sit perfectio mentis. — Quam quicunq; magis novit, magis est simius Dijs: Ideo illum neg; prius quicquam, neg; potius facere et quum non est sed et quissum quā ut veritatem, eius quantum fieri potest, è profundo eruer, erutam cognoscet, cognitam defendat possideatq;. Henc ad rem vero, cum praeceteris disciplinis omnibus momentum sit maximum in Metaphysica, quippè absq; quā nemo veritatis adyta intrare valeat et quā sine — Vigor et vis definit omnis — Hausta citò, incassumq; fluunt sine fruge labores: Nemo igitur non et perdius et pernox mente volutare hanc intenta, ac in quadrum, sic aiunt, redigere suum, omnibus sedulitatis nervis alaborare vel maximè debet. Quam ob rem dum pronuper à Nobis de eius objecto ac principijs attitatum fuit: Agite incursum accedamus jam ad Entis affectiones, et speciatim quidem vice bac ad simplices, de quibus paucula hæc accurate notanda.

T H E S I S I.

Affectiones esse quasdam, vel, si mavis potè, Attributa nonnulla non per rationem conficta, sed realia, quæ Entis naturam, eamq; constitutam insequuntur, vel in aprico est ex demonstrationibus quæ in Transnaturali illa Philosophia ceduntur et formantur, cum illis sine haec confieri nullâ que a ratione: Quæ tamen ab aliarum disciplinarum affectionibus multum differunt, tum quia Entia non sunt à suis subjectis distincta, sed saltem modi Entium, tum quia novam quandam essentiam non denotant, dum ad aliam non pertinent Categoriam, quam Entia, quorum sunt modi, lib. 4. Metaph. c. 2.

VIII.
malū
aliter
extra
metea
IX.
mibi pr
subcerto
admodu
lam actu
X. Rev
ille n. est,
deratur:
cum res qu
XI. Den
alia in com
qua perfect
fecta: Et ta
non personar
XII. Porre
Ens minime
particeps non
rare Entia En
fit in toto unis
ab illarum re
XIII. Vnu
lo: Vbi duo at
la notatur rati
aliqua respect
quodcunq; in j
XIV. Hanc a
est tate, seu qu
ratione modis, u
quod divisionis
sa; vel est qua
tua discreti,

II. Ac superaddum hæc Enti nil nisi vel negationem vel denominationem extrinsecam sumtam per habitudinem ad aliud, ita tamen ut omnino per ea perfectio realis positiva Entis explicetur, non per reale aliquod superadditum, sed secundum ipsammet formalē & essentiālē Entis rationem: Semper siquidē & maxima cum cura distinguendum inter id, quod per attributa illa formaliter significatur, & inter illud, quod per ista à nobis explicari intenditur.

III. Sic Vnum notat formaliter negationem, per illud nihil tamen minus explicatur positiva & realis rei perfectio: Sic Verum & Bonum formaliter & in ordine ad nostram conceptionem non ipsum innuant Ens, sed Ens sub quadam habitudine ad aliud, nempe quā habet in se unde ametur, aut vere cognoscatur &c.

IV. Et liquide hec esse veritatis, vel inde patet, quod alias attributa illa Entis essent synonyma, quod vel dictu absurdum, cum nullū synonymū eius cuius est synonymum, affectio vel proprietatis esse possit. Igitur necessitate de omni formaliter aliud quiderunt quam Ens, quod quia Entitas esse nequeat, sicut. Entitas Entitati adjectaretur, quod itidem absurdum; Ideo crit vel negatio vel aliqua habitudo seu denominatio extrinseca.

V. Inde quoq; attributa illa inter se in re non distinguuntur quo ad rem intrinsecā, quam in Ente significant, cum nihil dicant ex natura rei ab Ente distinctum, sicuti dici est consuetū, quod Entitas rei sit bonitas eius, sic veritas, & contrā: Discriminatur verò formaliter, si attendamus id, quod de formaliter addūt, non quidē ratione formali intrinsecā sed vel negativā, vel extrinsecā.

VI. Sunt verò Entis affectiones quædā simplices, quæ seorsim sumtæ omnī Enti rectè attribui possunt: Quædā disiunctæ, quæ per particulā de Entis speciebus disiunctivā sunt annūciandæ. Ac licet vulgo sex numerentur transcendencia, Ens, Res, Aliquid, Vnum, Verum, Bonum, ex quibus primū subjecti locum in Metaphysicis occupare dicitur, reliqua affectiones vocantur simplices: Tamen cum & Res cum Ente conjūgatur, cuius essentiālē notat, uti & & Aliquid, tria saltē ultima ex illis distinctas passiones Entis constituant, quibus lubei addere Existētiā, quippe cum per hanc notetur quidam modus omni Enti communis, à reliquis distinctus.

VII. Est n. Existētiā modus quidam Entium, quo extra nihil constituta, & ex extra causas producta actu existit: Dicitur modus saltē Entium, non nova quædam singularis forma, tum ne sine necessitate formas videamus multiplicare, tum ne cogamur singulis individuis novam concedere formam, si uti existētiā peculiaris singulis attributa est, alias enim individua species differrent, vel essentiali definitione.

8. Hæc q;

VIII. Hacq; Existentia cum essentia, cuius est modus & quasi effectus formalis, adamantino penitus vinculo est carentia, ut nunquam ab invicem re-aliter separari queant, siquidem necessum est ut principia rei, ubi actu coherent extr causas sunt suas producta: Interim tamē inter duo hæc nō omne discrimen reale cessat, id quod vel argumēto est cōceptus essentia actualis & existentiæ.

IX. Quando n. Ens concipio, prout essentiā habet actualem, imaginor illud mihi prout compositum est ex suis principijs actu coherentibus, concipio illud sub certo seu genere seu Entis specie: Quando v. existentiā rei considero, respicio ad modum illum, quo res extra causas producta, permanet, qui modus per illam actualem principiorum coherentiam in rebus ipsis conservatur.

X. Rerum a. existentiæ Deo tanquam prime causæ maximè adscribēda est, ille n. est, qui res omnes ex nihilo produxit, easdemq; ad hoc fover, regit, moderatur: Neq; propterea tamen omnis efficacia causis secundis deneganda est, cum res quævis nimirum quantum pro integratæ sue essentiæ sit sollicita.

XI. Denrum existentia alia est realia intentionali, iterū q; alia cōpleta alia incompleta, sicuti materia prima in composite existit existentiā totius, quæ perfecta, hoc autem destructo remanet ejus existentia propria & imperfecta: Et talē etiam natura humana Christi adscribere non veremur, quæ non personam multiplicat, sed naturam saltem distinguunt.

XII. Porrò Vnitas, quæ adæquata Entis affectio, ipso nec latior, cum ad non Ens minimè se extendat, nec angustior, quia si Ens fingeretur quod unitatis particeps non esset, contradic̄tio fœde committeretur in adjecto, quæ duo plurav̄ Entia Ens appellaret; est rerum modus quidam, consequens partium, quæ fit in toto unionem, ratione cujus in communī essentia partes conveniunt, & ab aliarum rerum essentia distinguuntur.

XIII. Vnum autem est, quod in se indivisum, divisum autem à quolibet alio: Vbi duo attendēda sunt, 1. quod unum in se sit indivisum, sicq; ejus formalis notatur ratio, 2. quod divisum à quolibet alio, sicq; prædictæ rationi formalis aliquis respectus subnectitur; Siquidem nemini non inobscurum est, quod Ens, quod cunq; in suā naturā unum meruit dici, respectualiorum sit diversum.

XIV. Hinc unum in Metaphysicis duobus consideratur modis, vel prout in se est tale, seu quā indivisum est, vel quā in se multitudinem continet. Prioris ratione modi, unum vel est transcendentale, quod paulo definitum est antè, & quod divisionis significat negationem talem, quā res in se ipsa dicitur indivisa; Vel est quantitativum, quod rem notat indivisam, ac partem aliquoram ratiis discreci, numeriq; principium.

XV. Sis Vnum aliud est per accidens, quod non significat unam Entis speciem certa aliqua categoria comprehensam, sed ex pluribus Entibus perfectis, ultimoq; p̄reditis actu componitur, in quibus alia quam essentialis datur unitio, sic unum per accidens dicuntur. Musicus justus: Aliud per se, quod provenit ex unione essentiali illarum partium, quae ad unam essentiam ac speciem Entis referuntur.

XVI. Adhac Vnum vel est tale continuitate, quod unum continuum, nil aliud est, quam cuius per se motus, & cum quo à πλωσ quam, est, coincidit unitas numerica seu existentiae, quippe quae ex illa fluit, & propter illam unitas est, quæq; unitatum omnium ut prima est, sic perfectissima; Vel genere, sicq; sunt quæ ad categoriam pertinent unam, ut Homo & Brutum; vel specie, quorum sc. una est definitio, ut Socrates & Plato; vel a ratione, sicq; sunt, inter quæ ordo talis datur, ut unum ad alterum referatur, ut homo pictus & fictus &c.

XVII. Ratione modi posterioris, quo Vnum in se contrahere & unire multitudinem videtur, ibi illud non tam unum quam Totum dicitur: Estq; hoc, cuius pars nulla, ex qua natura totius constat, desideratur, quodq; continet contenta, ut unum quid illa sint, lib. 5. Met. c. 26. At dispeditur in modos omnino varios, aliud namq; est totum perfectionale, quod perfectissimum substantiae complementum intendit, quodq; soli tribui potest Deo.

XVIII. Aliud essentiale, quod ex actu & potentia seu formâ & materia unum constatur, quodq; datur tam in angelis quam in corporibus; Aliud integrale, ex partibus integrantibus seu quantitatibus compositum; Aliud potentiale, quod plures continent potentias, unitate quadam donatas ratione subjecti vel causæ efficienti, à quibus proveniunt, sic anima facultatibus certis praedita totius obtinet rationem.

XIX. Aliud universale, quod unum dicitur quod tam ad multa pertinens, sic animal totum indigari consuevit, quia plures sub se comprehendit species; Aliud numerale, quod unitatum est collectio, numerum vè coacervatio in unum; Aliud denique individuale, quod unum quid numero appellat, seu rem singularem, quæ distrahi nequit.

X X. Demum de uno convenit hic notare, quod ipsi opponatur multitudo, & quidem privativè, quam tamen oppositionem positiva sequitur quedam contrarietas; Et licet in natura unum sit multitudine prius, siquidem mensura in unoquoq; genere primum est, mensura autem multitudinis unitas existit, lib. 10. Met. c. 1. Tamen in cognitione ordo hic penitus invertitur, quia magis incurrit in sensum multicudo, quam unitas.

21. 46

XXI. mentum
XXII. sideris po
XXIII. infant, qu
XXIV. do, quidna
XXV. enim in rel
XXVI. ac ab ipsa
XXVII. tur, vel in
XXVIII. ritati reru
XXIX. sumptus, q
XXX. in quibus d
XXXI. complexis,
XXII. voce & lice
XXIII. I
XXIV. quām confor
XXV. tem relation
XXVI. spēcialem qu
XXVII. taliter tam
XXVIII. denominat,
XXIX. Ille autem a
XXX. doq; quoniam
XXI. bit adeo inc
XXII. veritas indi
XXIII. reat ante o
XXIV. la semper e

Entus fidelis
us perfectus,
lō datur.
od provenit
betiem Es.
uum, nilla.
, coincidit
propter il.
fissima; Vel
Brutum;
logia, sicut
et homo pi.
unire mul.
Est q̄, hoc
z, continuat
dos omni.
n substantia.
materia
Aliud in.
Aliud po.
is ratione
ibus certi
ertinens,
dit speci.
rvatio in
litat, seu
ultudo,
quedam
em mem.
is unitas
ur, quia
21.46

XXI. Aest multitudo aliud nil, quām quae in se actu divisa; cuius fundamen-
tum radix & causa est divisio seu distinctio, quā res inter se distingui-
tur, quaq̄ est vel secundum rei conceptum, & Rationis distinctio dicitur, ite-
rumq; est aut pura aut eminens; vel secundum rem ipsam, estq; quoq; duplex,
Realis & Modalis, de quibus ad sufficientiam suo loco.

XXII. Ceterū Veritas triplicem potissimum subit contemplationem, dum cō-
siderai potest vel directivè, sicuti in Logica sit, vel in actu exercito, & quasi
est materialis, sitq; cognoscendo res & proprietates earum, prout à parte rei
insunt, quā ratione etiam practicæ discipline veritatē attendunt & perpen-
dunt, licet non per se, ut discipline contemplativæ, sed tantum propter opus;
vel in actu signato, sicq; formalis quasi est veritatis consideratio, sc. indagan-
do, quidnam ipsa in se sit veritas, ac hec tractatio hujus est propria loci.

XXIII. Sicq; triplicis subjecti respectu Veritas quoque est triplex, vel
enim in rebus est tanquam in fundamento, & propriè Metaphysica dicitur,
ac ab ipsa unicè res veræ nominantur, ipsiq; reliqua veritates innitun-
tur; Vel in conceptibus mentis, tanquam in imagine, referens & respondens ve-
ritati rerum. Quia autem conceptus mentis nostræ sunt duplices, quidam
simplices, qui ad primam mentis operationem pertinent, quidam compositi,
in quibus datur affirmatio & negatio: Veritas quoq; alia incomplexa, alia
complexa, quae in compositione & divisione consistit, dici solet. Vel deniq; in
voce & literis, tanquam in signis externis.

XXIV. Veritas Metaphysica, de quā hic solum agendi locus, est nil aliud,
quām conformitas inter rem & intellectum: significat enim formaliter sal-
tem relationem rationis, congruentiam videlicet sive conformitatem, eamq; sp̄ecialem quae in ordine ad intellectum spectatur & attenditur; Fundamen-
taliter tamen sive connotative & insinuative naturam etiam eam, quam
denominat, sive ipsum Eius.

XXV. Intellectus autem noster minimè Veritatis hujus, quae in rebus est,
mensura esse valet, haec enim cum simplex sit, sit unica semperq; sibi constans,
ille autem discrepantes & contradictiones de rebus fingat sententias quan-
doq; quomodo igitur certa & simplicissima rerum veritas terminum habe-
bit adeò incertum & perpetuò mutabilem? Quid? quod neq; omnium rerum
veritas in industria humana inventa, aut satis innotuit, imò quod in rebus ha-
reat antè omnem mentis operam.

XXVI. Non potest igitur aliis intelligi Intellectus nisi divinus, quia cau-
sa semper est norma & regula, ex qua de natura effectus judicandum, sicq;
res

res omnes ideo vera dicuntur, quia tales sunt, quales Deus esse voluit, prout ordinavit, prout etiam providit: Neq; tamen propterea singuntur ideae insidente divina, ad quas conformentur res omnes, verum est satius, si cum sacris litteris loquamur, quod omnia facta sint talia, qualia Deus fieri voluit, fieri mandavit.

XXVII. Non una vero veritas rerum omnium est, verum ut in Ente datur analogia, ita quoq; veritatis ratio variatur: Datur veritas simplicissima, quae soli Deo convenit, datur in alijs creatis reb⁹ alia magis, alia minus certa; Sic rerum necessariarum major est veritas, quam contingentium, Vnde etiam speculativis disciplinis certitudo inest major, quam practicis, sic majori certitudine principia astruuntur, quam affectiones, similis substantiarum & accidentium est ratio &c.

XXIX. Opponitur demum Vero privative sane ignorantia, quae ex prava intellectus nostri debilitate suppulit ascit, aliaq; est secundum puram negationem, alia secundum pravam dispositionem: Contrarie vero & contradictorie falsitas, quae est disconvenientia seu ut loquuntur, inadæquatio inter iudicium intellectus componentis ac dividentis, & inter rem ipsam, prout est in se; Vnde patescit, falsitatis principium non esse in rebus, sed penes animum, & sic vocari res falsas per quandam Metaphoram. Hæc de vero etiam.

XXX. Ad extremum quicquid est sicut esse debet bonum est: Bonitas siquidem est perfectio Enti Conveniens, sed cum convenientia respectu alterius; Ac alia est transcendentalis, quæ sine medio ipsum consequitur Ens, cum nihil adeo imperfecta & depravata sit Entitatis, quin aliquomodo bonum dici possit; alia moralis, quæ perfectio est a. Etus cum rectâ ratione; Alia naturalis quæ congruentia est quedam naturæ. Sic aliud bonum est per essentiam, aliud per participationem, & hoc est vel honestum, vel jucundum & utile, iterumq; aliud verum, aliud apparenſis &c.

XXX. Bono vero privativae opponitur Malum communiter sumum, quod est privatio perfectionis, quam aliqua res est apta nata habere: Vnde liquet, Malum inter Ens attributa numerari non posse, nequam per idipsum Ens determinatur, quem potius defertus, qui aliquando in Ente esse potest, designatur. Ac est malum aliud culpx. aliud pæna, aliud externum ut paupertas aliud internum, ut morbus, &c. Et tantum pro tenacitate nostræ de Entis affectionibus simplicibus.

A D J E C T A N E A.

I. Præsentia localis non est specialis Entis affectio. 2. Nulla essentia actualis sine existentia conservari potest. 3. Omnes autem res quæ existunt, singulares sunt & individue. 4. Totum minime realiter distinguitur à partibus suis simul sumitis. 5. Posito toto necesse est omnes ponи partes. 6. Et quecumq; toti ratione formalis tribuuntur, illa de partibus negantur. 7. Dimidium plus esse toto potest. 8. Difficultas in veritatis cognitione & penes nos, & penes res est. 9. Melum sine bono esse nequit. 10. Deus nullius omnino mali autor est.

F I N I S.

Ung. VI 26

= [Dissertationes
Theol. Vv. 70]

ULB Halle
002 673 452

3



5b.

VD 17



